mundum appellet, ostendatque non alterius cujusdam,
sed suum esse hunc sublunarem mundum in quo etiam præ-
sens cum corpore salutiferum verbum sparsit. Quum igitur x idemque faciat
ipsa suum esse mundum veritas dicat, ~~contra~~ pravitatis
author, ~~ubi quum~~ ubi regna omnia sibi subjecta esse nimis
arroganter mentitur; hi autem linguæ temeritate eundem
~~auferant~~ eripiant creatori, tradantque diabolo: annon
in mendacium ydem veritatem ~~con pr~~ pervertant, contra
ea mendacij principem præter reliquas laudes ~~præconia~~ veritatis
quoque ~~laude~~ præconio exornant? At Domini quidem pos-
sessionem diripiunt, contra ea ~~hoc~~ præconiis castra ~~partes~~ secuti
apostatam, plagis dignum atque in se pessimum conservo-
rum Dominum appellant? Ac qua ratione hi verum do-
minumque amantissimum Dominum videre liceat, quibus ty-
rannidis se adjutores atque ministros, sive potius autho-
res ~~se~~ profitentur esse? Tum deinde autem, nisi erant
agri atque mundus ~~boni~~ Domini nostri atque amantissimi nostrum
Salvatoris, sed ad ipsam pravitatem hujus jure specta-
bat possessio; cur ~~qui~~ eis, qui propter nomen ipsius domos
atque ~~possessiones~~ agros reliquerant, ~~atque~~ eaque, quæ corporeæ
hujus cognationis pretiosissima ad remunerandi in hac vita
[illegible] ponuntur, non aufert agros, atque reliqua, quæ
ex sensibilis hoc creaturarum numero erant, sed centuplici
eorum munere excipit, compensatque iis, quorum ~~erat~~ est
vita æterna hæreditas.